



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

361. Feria 5. Dominica 3. Adventûs. De appetitu D. Jesv pleno sanctitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

646 *Ferias, Domin. 3. Advent.*

quia *charitas sola discernit Filios Dei à Filijs demonis.* Ait D. August. Tr. 5. in Ep. Ioann. O Amor, ô charitas, Deus meus, accende me hac charitate.

MEDITATIO CCCLXI.

Feria 5. Dominica 3. Adventus.

De Appetitu D. IESU pleno sanctitate.

Aspiciam D. Iesu appetitus sanctissimos sicut Crystallus inter solis radios est lucidissima. Petam sanctitatis ejus fieri particeps.

Conf. 1. Sicut plenitudo scientiæ excludit ignorantiam, rectitudo voluntatis culpam, sic appetitus Christi excludunt omnem inordinatum affectum. Fuit anima Christi passibilis, quia separabilis à corpore, quia affectibus, sed moderatis, subiecta a mori, desiderio, gaudio, odio, fugæ, dolori, iræ, timori, sed moderatè. Nullus motus rationem antecessit, quia habuit omnes virtutes morales perfectas, quarum est subijcere appetitum rationi, neque fuisset ad incarnationis finem, assumere inclinationes inordinatas aut fomicè. Sed neque erat possibile eum capacem esse peccati.

Conf. 2. Qualiter ad imitationem D. IESU affectus cordis componam. 1. amorem temporalium D. Iesus despexit, & necessaria simplicissimè admisit. 2. Sine ulla prava intentione

Feria 6. Domin 3. Adventus. 647

one Patris gloriam quæsit. 3. Omnem mundi delectationem sprevit. 4. Et desiderium placendi hominibus. 5. Et vanas & inutiles cogitationes. 6. Et superfluas curas in rebus agendis. 7. Amaritudinem & indignationem. 8. Pusillanimitatem cordis, quia omnia Patri submittebat. 9. Appetitum terrenæ consolationis non admisit. 10. Sine anxietate tranquillè operabatur. 11. Sine impatientia intermissiones & contumelias. 12. Propriam voluntatem non fecit, ut Patris voluntatem impleret.

MEDITATIO CCCLXII.

Feria 6. Domin 3. Adventus

De carne D. IESV plena sanctitate.

Aspiciam D. IESV corpus clarius sanctitate: quam sol luce Quia singulariter sanctum fuit, quod Virgo concepit Bernard Ser. 4. Super Miss. Petam ejus fieri particeps.

Conf. 1. Carnem D. IESV fuisse sanctam iuxta capacitatem suam. 1. ut sociam animæ sanctæ & pars humanitatis Christi. 2. Quia conjuncta Deo: sunt autem maxime sancta, quæ Deo conjunctissima, ejusque cultu digna. 3. Quia ei debetur beatitudo, propter unionem & gloriam animæ, & hoc fuit speciale miraculum, quod Corpus & Caro Christi fuerit privata ad tempus gloriâ suâ propter

NOS